



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Amplificatio rapacitatis 2. Philipp. num. 65. Per partium enumerationem, &  
Comparata. Capvt XXXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

potius, quam officina nequitia, diuersorum flagitorum omnium. Ipse velo quemadmodum composto, & delibuto capillo passim per forum volitet, cum magna caterua togatorum videtis iudices: vt omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet.

*Amplificatio rapacitatis 2. Philipp.  
num. 65.*

Per partium enumerationem, & Comparata.

CAPVT XXXI.

**I**N eius igitur copias cum se subito ingurgitauisset, exultabat gaudio persona de Mimo, modo egens, repente diues. Sed ut est apud Poetam necio quem, male paria, male dilabuntur. Incredibile, ac simile portentum est, quoniam modo illa, tam multa, quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit, maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosi vestis, multa, & laeta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus, nihil erat. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico, que si fuit, fuit animal unum, fuit Oceanus, medius fidius vix videatur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum, apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur, alia mimi rapiebant, alia mimes, domus erat aleatoribus referta, plena ebiorum, totos dies potabatur, atque id locis pluribus: suggestabant etiam saepè (non enim semper iste felix) damna aleatoria, conchyliatis Ca. Pompeij peristromatis, seruorum in cellis, lectos stratos videres. Quam obrem desinere mirari, hæc tam celeriter esse consumpta, non modo unius patrimonium, quamvis amplius, ut illud fuit, sed vrbes, & regna celeriter tanta nequitia deuotare potuissent.

Fit per subiectionem ante oculos  
cum vibrata quadam orationis celeritate.

*Amplificatio luctuosi spectaculi de bonis  
Cnei Pompeij hastæ subiectis.*

Per hypotyposin, sustentationem, epplexin, &c. 2. Philip. n. 64.

CAPVT XXXII.

**H**Asta posita pro æde Iouis Statoris bona, miserum me! consumptis enim lachrymis, tamen infixus, animo haeret dolor, bona inquam, Cnei Pompeij magui, voce acerbissimæ subiecta præconis, vna in illa re servitutis oblitera ciuitas ingemuit, seruentibusque animis, gemitus tamen populi Romani liber fuit expectantibus omnibus, quicquam esset tam impius, tam demens, tam Dijs, hominibusque hostis, qui ad illud scelus selectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium, præfertim cum tor esfent circa hastam illam, qui auderet, quod omnium fugisset, & formidasset audacia. Tantus igitur te stupor oppressit, vel ut verius dicam, tantus furor, ut primum cum sector sis ito loco natu, deinde cum Pompeij sector, non te exercentum populo Romano, non de testabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros scias.

Et hæc plena, artificiosa, & grauis. Primum, quam apposite intericta, luctuosa, parenthesis. Bona (miserum me) deinde, vide ut suspendit animos. *Expectantibus omnibus quicquam esset tam impie.* Postremo, quæ fulmina exclamacionum. Tantus igitur te stupor oppressit, &c.

*Amplificatio Belli crudelis Philipp.*

14. u. 8.

Per caussas efficientes, effecta, comparata, &c.

CAPVT XXXIII.

**B**ELLUM inexpiable infert quatuor Coss. unus omnium latronum terribilis: gerit idem bellum cum senatu, populoque Romanis, quanquam ruit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta deuuntiat. Dolabella ferum, & immane facinus, quod nulla barbaria posset ignoscere, id Deorum consilio factum esse testatur, quæque facturus esset in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab hoc templo, atque magnibus repulisset.